



6912
IM



Oprawiono w r. 1938.

Pochodzi ze spuścizny po ks. Wł. Knapiewskim.




Dissertatio

De Apologisticis Quor., quam Vladislaus Knapiński Al. etc. Sed. Rno. Cath. Vars. conscripsit. anno academico 1860 et juben mandante Cl. Professore Historiæ et juben mandante Cl. Professore Historiæ coram auditoribus Historiæ legit d. 4 Martii a. 1861.

*) Melchior Buhinski (Melchior)

[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]





...
"A
Se
su
ho
ge
re
ea
"d
la
la
et
en
tu
no
ho
vo
je
na
u
je
a
ce
Ad
a
je
g
L
A
A
se
li
re
De
co
je

De apologiis

spatio trium primorum Eccle-
siae seculorum editis.

2

In malevolam animam non intrabit sapien-
tia, nec habitabit in corpore subdito peccatis" ait.
Sapientia cui effato sacrae literae et experientiae u- (1) Sap. 1, 4.
sus suffragantur testantes, veritatem semper ab (2) Joan. 3, 19.
hominibus nequam impugnatam fuisse et ea le-
ge ^{quasi} natam, ut ei resistatur. - Istus et ejus religio
veniens in mundum tempore, quo homines, jam
extremam fere corruptionem attingentes, ~~et~~
dilexerunt magis tenebras quam lucem, ⁽³⁾ reve-
larit doctrinam, cujus praesentia etsi neminem
latere poterat, tamen quia ad amatis praesentibus
et commodis sensualibus ex iis fluentibus inimica
erat, ut adversarios eosq. acerrimos nanciscere-
tur necesse fuit. Inter Judaeos primum hi occu-
runt, qui Magistrum odio prosequentes, odium
hoc in discipulos ejus transtulerunt, eosq. gra-
vissime sunt persecuti. Judaei per Orientem dis-
persi, quum idem facere Dominus apud exteras
nationes, ^{non possent} hospitibus suis odium istud insi-
nuabant. Non tamen deerant altera ex
parte viri ab universali corruptionis dilu-
vio alieni, veritatis amantes, qui gratia Vindi-
cis salutis nostrae Jesu Christi, adjuti salu-
tarem ejusdem doctrinam suscipere, cum
aliis communicarent, tuerentur. Hinc a-
pologiarum Dominarum, Dominismo fere squalium ori-
go est repetenda.

Απολογία in iudicio, seu defensio, est vindica-
tio innocentis accusati. Apologia itaq. con-
tinetur vel 1) refutatione criminum accu-
sato affictarum - vel 2) ut accusatus non so-
lum poena, quae secus ei subeunda esset, solve-
retur, sed etiam omni suspitione expeditus eva-
dat, Demonstratione, accusatum varias ob
causas crimen sibi impactum perpetrare haud
potuisse. - Utrumque in suis apologiis praes-

stiterunt

stiterunt apologetae Aeni, alii coram Impera-
toribus et praesulibus, coram populo alii o-
stendentes, Aenos criminum, quorum accusa-
rentur, non solum esse immunes, sed ne co-
gitari quidem posse ut ea perpetrarent. Hoc
postremum probaturi provocabant ad Aenorum
doctrinam fidei et morum, quam persecutoribus
suis simul exponebant, et ostendebant, se non
absque ratione ei adhaesisse; qua occasione pa-
ganismum etiam impugnant, veritatem
Aenae religionis vindicabant. Apologetae itaque
praeterquam quod intenderent pacem Aenis im-
petrandam, aliam sublimiorem scopum a-
pologias suis praefixerunt, nempe ut
gentiles ad agnitionem verae religionis per-
ducerent. Hinc apologias nostras occupant
Demonstratione 1^o innocentiae Christianorum
2^o ineptiae paganismi. 3^o veritatis Christianae
religionis. Speciatim vero nonnullae has
tres simul partes demonstrandas suscipiunt
aliquae vero nonnisi duas postremas.

Horum omnium ratione habita, duplicem clas-
sem apologiarum distinguo. Prima complecti-
tur apologias, quarum tres partes collimant
ut innocentia vitae Aenorum ostendatur, spi-
ritaque praesulum paganorum sedaretur.

In altera vero classi sunt apologias, quarum
princeps finis est probare veritatem et ex-
cellentiam Aenae religionis contra paganorum
objectiones. In primi generis apologiis doctri-
na Aenae argumento est innocentiae Aenor-
um in posterioribus autem veritas et excellen-
tia Aenae religionis innocenti vitae Aenorum
probat. Primae classis apologias haud
inepte, quae mea est sententia, Apolo-
gias Christianorum - posterioris vero
Apologias Christianismi appellabo.

§. 1. Apologiae Christianorum.

3

Huc referendae sunt praeter deperditas Aristidis et Quadrati, aliorumque sequentes apologiae:

a) S. Iustini prima.

Quum mortuo Hadriano Imperatore pagani Christianos persequi coepissent, Imperatore Antonino haud impedimenta ponente, quominus Pni ad tribunalia vocarentur, ibiq; criminum rumoribus vulgi nixorum accusatae suppliciiis damnarentur vigore edictorum a praecedentibus Imperatoribus editorum, S. Iustinus apologiam „pro iis, qui ex omni hominum genere vocati, praeter equum „odio habebantur et vexabantur“ conscripsit circa a. 150, eamque Antonino Pio, ejusque filiis adoptivis Marco Aurelio et Lucio Vero ac Senatui populoque Romano obtulit. - Initio apologiae declarat S. Iustinus, se non scripsisse, ut paganus hoc scripto assentaretur, aut ad gratiam eloloqueretur, sed postulat, ut iudicium ad accuratam et diligentem in inquirendo rationem faciant, nominisque solius causa Christianos non damnent, sed vere criminum reos factos. - His, quae quasi praeium sunt apologiae, positae ostendit, Christianos nequaquam atheos esse, quum unum verum Deum, et Filium et Spiritum propheticum, colant, si qui autem malefactores inter eos existant, eos ut malefactores non vero ut Christianos puniendos esse. Merito non colunt Christiani Deos victimarum copia et florum coronis, quia eos inanimatorum et inanes credunt, nec illis omnibus Deum indigere putant, sed virtutibus se colere velle statuunt. - Vindicata hac ratione Christianorum pietate in Deum, eosdem bonos cives esse praclarus Apologista ostendit. Expectant enim regnum aliud, sed non humanam, ut pagani somniarunt - principibus quoque Reipublicae saluberrimis adherent. Quodsi igitur Imperatores tam bonos cives, ut sunt Christiani, spernant et persequantur, Reipublicae damnum afferunt, timeantque iudicium, quod eis post mortem imminet. Unde occasionem

nanciscitur

maniscitur S. Iustinus, ut immortalitatem ani-
mae, resurrectionem corporum, et, quod principium
hujus doctrinae est, Jesu Christi ex Virgine nati-
vitatem, miracula, passionem, mortem, ascensio-
nem, alia testimoniis gentilium, scriptorum, exem-
plis mythologicis, vaticiniisque prophetarum Vete-
ris Foederis probet. Occasione vaticiniorum monet
non putandum, fatum adesse, quum omnia a libero ar-
bitrio pendeant. Denique manifestum facit in Chri-
stianorum conventibus nihil mali fieri, et ordinem
eorundem describit. „Atque haec quidem, concludit
„S. Iustinus, si vobis rationi, et veritati consenta-
„nea videntur, in pretio habete: sin autem neque
„vobis videntur, ista neque contemnite, nec ut adver-
„sus hostes, ita adversus homines innocuos mortem
„decernite. Vobis enim praedicimus, vos Dei iudicium
„non evitaturus, si in injustitia permaneat, ac nos
„reclamabimus: Quod Deo placet, id fiat. Et cum
„epistola maximi et Illustrissimi Caesaris Adria-
„ni, parentis vestri, postulare a vobis possemus,
„ut iudicia, quemadmodum rogamus, fieri ju-
„beatis. Non tamen magis ob hanc causam ro-
„gavimus, quod ita constitutum esset ab Adriano,
„sed quia scimus, nos iusta petere, orationem, et
„rerum nostrarum enarrationem confecimus.“
Apologiam hanc secutum est edictum Impera-
toris Antonini ad Asiae minoris praefectos prohi-
bens persecutionem.

b) Athenagorae Legatio pro Chri- stianis.

Apologia hoc indice donata oblata fuit circa
a. 177. M. Aurelio Antonino et Lucio Aurelio Com-
modo Imperatoribus occasione edicti ab his con-
tra Christianos vulgati. Conqueritur primum
Athenagoras, quod Christiana religio idem juris
ac aliae religiones, seu potius superstitiones obti-
nere non possit. Tum diluit tria Christianis
afficta crimina: atheismum, thyestearum caenas,
aedipodeosque concubitus et in ipsos paganos
retorquet ostendendo, eorum polytheismum es-
se veri nominis atheismum - et dissolutionem
morum maximam inter eos exemplo deorum
vigere.

4

c) *Quinti Septimii Florentis
Tertulliani Liber apologeticus
adversus Gentes pro Christianis.*

Hæc apologia directæ fuit Senatoribus urbis Romanæ, ut patet ex ipso ejus initio: "Si non licet vobis, Romani imperii antistites, in aperto et edito ipso fore vertice civitatis (Capitolium) presidentibus ad judicandum." Alibi autem hoc ipso libro dicit: "De legibus prius concurreram vobiscum ut cum Auctoribus Regum." Libri apologetici sequens est argumentum. Tertullianus alloquitur Senatores, accusat gentiles, quod inique oderint Christianos et inquirere, cujus rei gratia eos abominantur, nolunt; si autem inquirere vellent, certe desissent ignorare simul et odisse, ut multi hac ratione Christiani facti incipiunt odisse, quod antea fuerunt, i. e. incipiunt odisse odium, quo Christianos prosequerentur et ostendunt, sese longe alium affectum induisse, quam qui in maleficis semper reprehenditur. Jam vero, ait ad iudices, si certum est Christianos maleficos esse, cur non eos ac maleficos in jure habeatis? quid de tabella recitatis delictum Christianum, cur non et homicidam? Aliis facinorosis hominibus permittitur est causam suam defendere. Christianis nequaquam. Homicida, sacrilegus, alii non ob solum nomen damnantur, quia illius confessi sunt, sed inquiritur qualitas facti, numerus, locus, socii etc. De Christianis vero non extorquetur confessio infanticidii, incestus, aliorum criminum, quorum vulgus eos accusat. Atquin invenimus inquisitionem in nos prohibitam." Hic refert Tertullianus rescriptum Trajani Plinio datum, in quod argute invenitur: "Osententiam necessitate confusam! Negat (Trajanus) inquirendos ut innocentes, et mandat puniendos ut nocentes... si damnas, cur non et inquiris? si non inquiris, cur non et absolvis? Lato. nibus investigandis per universas provincias militaris statio sortitur; in reos majestatis omnis homo miles est, ad socios, ad consocios usque inquisitio extenditur. Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet. Damnatis ergo oblatum; quem nemo voluit requisitum, qui puto, jam non ideo meruit penam, quia nocens est, sed quia, non requirendus inventus est... Læteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, solis Christianis ad negandum... quo perversius, cum presumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione cogitis tormentis de confessione decedere, ut negantes nomen, negemus et scelera de quibus ex confessione nomi-

nis

V. i. e. Christiano. Ter-
tullianus hic, ut iro-
nia aptior evadat,
ponit Christianum
qualem fama publi-
ca paganorum effin-
gere solebat. Not.
ad Tert. in edit. Migne
Luro. complet.

nis prosumpseratis." Familiari sibi Dein ironia nos
rem ita persequitur: Sed opinor, non vultis nos perire,
quos pessimos creditis. Sic enim dicere soletis homicida? Ne-
ga: lauari jubere (scilicet: soletis) sacrilegum si confiteri
perseveraverit. Si non ita agitis circa nocentes, ergo nos
innocentissimos judicatis, cum quasi innocentissimos in
ea confessione non vultis perseverare... Plane aliis ne-
gantibus non facile fidem accommodatis; nobis, si nega-
verimus, statim creditis. Suspecta sit vobis ista per-
versitas, ne qua vis lateat in occulto, quae vos adversus
formam, adversus naturam judicandi, quoque contra ipsas
leges ministret. Nisi enim fallor, leges malos etui jubent
non abscondi; confessos damnari praescribunt, non absol-
vi." Odii demum paganorum cocitatem ostendit, qui lau-
dantes aliquem, quod Christianus sit vitio ipsi vertunt:
" Bonus vit, aiebant, laius seius, tantum quod Christia-
nus" imo malunt uxorem familiamque probris anu-
stam pati, quam Christianam. et causam, cur nomen
hoc pagani ita odiosum sit, inquirunt, sed invenit
nullam. Nomen enim illud, quod pagani male "Chre-
stianus" pronuntiabant, amabile quid continet et de
unctione deducitur; et quum secta nunquam sit solum
nomen persecutionem patiatur, neque Christianos qui
quoad sectam et quoad nomen sunt probi, justis, conden-
nari minime debere dicit. ~~Defensores~~ Urgebant eth-
nici selegum ab imperatoribus laetarum praescripto
ad tollendos Christianos teneri. Verum ineptam esse
hanc exceptionem Tert. ostendit. Nemo enim ulla in-
justa lege obligatur, quae abroganda est, ut sunt abro-
gatae leges multae, nequitia earum cognita; ut leges
Lycurgi, lex Papia de non suscipiendis liberis etc. Insu-
per leges contra Christianos laetae sunt a tyrannis, quos
et pagani summa in detestatione habent. Quum au-
tem boni Imperatores pacem Christianis concesserint,
inde patet, hos malos non esse; "facilius (enim) utiq;
pessimi ab optimis quibusq; ut ab equalis, quam a su-
is sociis eradici juberentur." Obiicientibus, Christia-
nos contempsisse leges et mores patrios, respondet,
Romanos ipsos spreto saluberrimis decretis contra pon-
tiam, immodestiam, luxuriam, peregrinas religiones
Romam advenisse, novitatumq; studiosissimos esse.
Deinde provocat illos, ut, quos gravissimorum cri-
minum reos putant, infanticidas, puerorum voca-
tores, incestos denique, probent, neque famis menda-
ci et rumoribus incertis inconsiderate credant. Im-
possibile enim esse ostendit, ut Christiani, qui aeter-
nam vitam sperant et volunt, occidant infantes, ut
de eorum sanguine imitentur; quod natura huma-
na abhorret et quod non nisi is credere hoc fieri potest
qui et facere. " Qui credis ista de homine, potes et facere."
Tollit dein objectiones, quasi recentes Christiani per ig-
norantiam et imposturam ad hoc seducerentur, nec
postea metu poenae proclamare auderent, quum e
contrario tales eos esse ostendit, qui mortem pu-
cendis anteferebant. At vero crimina, quae falso Chri-

stianis obijciuntur, vera in gentibus accusatoribus de-
 prehendi, quae sacrificia humana offerunt, homici-
 dia letis oculis in theatro spectant, infanticidia, ab-
 ortus etc. committunt; quae omnia a Christianis utpote ab
 omni cruore abhorrentibus, castis etc. longissime absunt.
 Progreditur dein ad crimen irreligiositatis diluendum,
 atque Christianos Deorum cultum recusare, quia dii
 non sunt, sed olim homines fuerunt deinde diis ad-
 numerati sunt. inquirunt in causas, ob quas cultus
 divinus iis tribuitur, illasque invenit summo Deo
 indignas, vanas et falsas, ob quas merentur ethni-
 ci in ignem tartarum detruedi. Quum itaque de-
 monstrasset quid dii non sint, ingeniose quid sint
 ostendit, quod eadem, quae ethnici Christianis faciunt,
 et deos suos subire cogunt, ut eos deos faciant. neque
 melius eos colunt. venales exponunt. neque licet eos nos-
 se gratis, nam pro solo templi, pro aditu sacri merces
 exigunt. sacrificiis quoque minimi sunt pretii deputantur.
 conversus dein ad literas, quibus ethnici ad prudentiam
 et ad liberalia officia informabantur, deridet Homerum,
 Virgilium aliosque poetas et figmenta, quae de diis asseru-
 erunt, et ex Philosophis Socratem, qui in contumeliam
 Deorum quercum et hircum et canem dejerabat (sic ju-
 rabat) summo ipsi pagani in scenicis ludis divinitates
 suas constiprantes. Talis religio cultores suos stultos,
 insanos, otiosos vero cordatos et sapientes esse ostendit.
 Propositurus jam Deum et cultum Christianorum non
 sine risu morsus diluit opinionones de illo cultu falsas,
 ut de ^{facto nupine} ~~capite~~ ^{formi} ~~capite~~ quod ~~videbatur~~ ^{videbatur} Ovocoitns, de capite a
 sino, de cruce, de sole, quae omnia magis in ipsos accusatores
 quadrare ostendit. Demum describit naturam veri Dei, cu-
 jus cognitionem, etsi ea naturaliter homini insita sit,
 tamen unde sumant et veritatem dicant ethnici, fon-
 tem ipsis sacras scripturas indigilat, et harum antiqui-
 tatem ipse turbet et divinitatem vaticiniorum eventu-
 quorum praecipuum est praedictio religionis Christianae,
 Posthac de Christo ut Deo dicit, ejusque incarnationem cla-
 re adumbrat, nimirum Aoyos Dei descendisse in uterum
 Virginis, unde carne assumpta natus est, Homo Deo
 mistus, qui a Judaeis in crucem actus est, et discipuli
 Eius per orbem diffusi sunt ad annuntiandum, doctri-
 nam cui non omnes credunt a demonibus praesenti.
 Sed horum demonum vis etsi haud parva sit, tamen
 Christiani eos fugant et confiteri unum Deum verum
 quae Christianis profitentur, cogunt. Hinc concludit irrel-
 giositatis crimen ad Romanos, utpote qui demones co-
 lunt, non vero ad Christianos pertinere, et his liber-
 tatem saltem religionis esse relinquendam, quam illi
 relinquunt omnibus, praeter eos qui verum Deum colunt.
 Nolunt itaque Romani religiositate sua gloriari, et di-
 cere se ob hanc in tam vastum imperium crevisse,
 quem e contrario impii sunt, deosque devincunt.
 Satis confutata crimine esse divinitatis, quae diis
 non est, ostendit consilium, quod datur Nivis sacri-
 ficando diis, in corde autem religionem servandi, ut

(1) Ovocoitns erat au-
 ribus asinis, altero
 pede unguilatus
 librum gestans et
 togatus.

(vitan)

vitam suam salvam haberent, esse ex inspiratione Demo-
nis, qui Christianorum potentiam quoquo modo effugere co-
natur. Pergit deinde ad crimen lesae majestatis Diluen-
dum et dicit Christianos solos pro Imperatore orare recte,
pie et vere, quum invocent Deum potentissimum, in cujus
manu sunt omnia. Non itaq; recte publici hostes Chri-
stiani dicunt, qui Imperatores venerant, non vitae
eorum insidiabantur, neq; fas ipsis est, ut aliquid mali
de aliis cogitent, multo mirius autem de Imperatore,
qui ad tale fastigium a Deo est erectus. neque ut
malum malo compensent; quod si facere vellent facillimum
id ipsis esset, quippe qui ingenti sunt numero mortisq;
contemptores. At nunc benefactores inimicorum suorum
existunt, a demonum incurribus illos liberantes. Quae quum
ita sint tolerari Christiani debent ut secta aliqua, a qua
nihil sibi metuumendum imperium habet. Hic conventus Chri-
stianorum a suspicionibus purgat, et eos convenire ostendit
non ut aliquid mali faciant, aut contra Imperium ali-
quid molerentur, sed ut Deum precationibus ambiant, pro
Imperatore et imperio orent, sacram scripturam et ex-
hortationem audiant. In his conventibus solent delinquen-
tes communicatione orationis et conventus et omnis san-
cti commercii relegare et agapas celebrare. Hinc non
Christiani, sed potius iis factionis nomen est tribuen-
dum, qui, si Liberis accendit in mania, si Nilus non
ascendit in aera, si caelum stetit, si terra movit, si fa-
mes, si lues, statim Christianos ad leonem clamant.
Exemplis deinde demonstrat, majora mala ante Christia-
norum existentiam paganos perpessos fuisse, et horum
malorum ipsos sibi causam esse, quum spreto Deo i-
dola adorent. Nec minus perperam Christiani infru-
ctuosi in negotiis appellantur, quum operam suam cum
paganis misceant, proterquam in iis, quae idolola-
triam cernunt, demonia de iis excutiant, precesq; Deo
vero sternant. Vere autem infructuosos esse dicit le-
nones, perductores, venenarios, sicarios, harios, harus-
pices, mathematicos. Hinc grave damnum rei publi-
cae est ex eade tot hominum innocentium, qui in-
nocentiam a Deo edochi, illam non humana qstima-
tionis causa, sed propter Deum custodiunt. Dicebant
pagani Christianismum esse philosophicam sectam quae
nisi. Haec etiam falsa opinione utitur Tertullia-
nus ad ostendendam nequitiam ethnicorum adver-
sus pro Christianos. Nam si Christiani e secta phi-
losophica sint, cur pari cum philosophis iure non
habentur? cur ad sacrificandum coguntur? et.
Philosophicam autem sectam nomen Christianis haud
recte tribuitur, quum philosophi inveniantur ve-
ritatis iquare, omniq; scelus rei. Ati autem Deum
intelligunt et ab omni malitia quam longissime sunt
remotiq; et si quid sanum, vel veritati simile in
philosophorum scriptis inveniat, id totum mu-
tatum ab antiquiore lege Dei, quam incorrup-
tam Ati habent. Miratur Tert. quod philosophi
incredibilia docentibus credant pagani, magis cre-
dibilia apud nos damnent; quod luculent et ad-

modum

admodum essequitur in resurrectionis corporalem dogmate opposito bruti Laberii Pythagoraeque animarum metempsychosi. "Haec sunt, inquit, quae in nobis solis praesumptiones vocantur, in philosophis et poetis summi scientiae et insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti; illi honorandi, nos irridendi; imo eo amplius et puerius." Sed has praesumptiones necessarias et utiles dicit, si quidem meliores fieri coguntur qui eis credunt metu aeterni supplicii et spe aeterni refrigerii. Si vero his opinioniones falsae sint, irrisui potius quam poenae Christiani ad iudicari deberent, quos libenter patiuntur, verum eo modo, quo et bellum nemo quidem libens patitur, cum et trepidare et periclitari sit necesse; tamen proeliat omnibus viribus, et vincens in proelio gaudet, qui de proelio querebatur, quia et gloriam consequitur et praedam? Ita et Christianis proelium est, quod provocantur ad tribunalia - victoria autem gloria, placendi Deo et praedia vita aeterna. Pro Deo decertant Christiani et Deus patitur eos pati, ut ostendat innocentiam eorum.

De state huius apologetici libri Diversae constant creditorum sententiae. Georgius Ambianensis ⁽¹⁾ putat ⁽²⁾ Vind. Tertul. illum editum fuisse paulo post a. 193. Et aliger autem et part. III §. 1. Aliter post mortem Severi a. 211. quos ambos refutat ⁽³⁾ Dissert. in Apo. le Nouroy. ⁽⁴⁾ Alii Duce Guil. Caveo a. 202 eum exaratum loquit. Tert. fuisse credunt, occasione edicti ab Imperatore Severo hoc ⁽⁵⁾ Hist. Liter. script. anno editi. Alii vestigia Antonii Papi ⁽⁶⁾ prementibus in Eccles. I. I. p. 42. a. 198 eundem libellum collocant, Sed ipse Papius alibi ⁽⁷⁾ ed. Genev. opinionem hanc suam profligat et post a. 202 librum apologeticae P. II. Cap. 3. logeticum scriptum fuisse asserit. Rejcta haec postre. §. 19. ma opinio Mosheim ⁽⁸⁾ Argumentis hanc sane spei. Baron. Ann. II ad nendis evincit. Severum Imperatorem post victoriam a. 193. n. 4. de Albino, qui Gallias praesul fasces Imperii affectabat, ⁽⁹⁾ De stat. apologet. obtentam a. 197 multos tam in Gallia quam Romae, Tert. Div. p. 104. suppliciiis affecisse, qui rebellionis Albini aut vere ⁽¹⁰⁾ Spartianus in erant, aut falso habebantur. Sub idem tempus Par. Vita Severi c. 14. thi motus contra Aenos suscitavit. Profectus contra eos a. 198 Severus, ut de contra rebellionem, ut ego opinor, quae eo absente viri possent, tutum redderet, "multos causis vel veris, vel simulatis occidit, damnabantur autem plerique cur iocati essent, alii cur facinorosi: alii cur plerumque figurata dixerissent." ⁽¹¹⁾ Suspicat, ait Mosheim, et simul argent. §. l. c. ti cupidus (quo, quo mea est sententia, ad bellum gerendum indigebat), quem iam omnia tranquillitati restituta essent, nihilominus quosdam e latibris veluti prostrabat, quos invidias tibi fecisse aiebat, ac ad mortem rapi jubebat." Dubitandum non est, quin tui inter rebellionis reos censerentur a paganis, qui in illos omnem mali causam rejicere solebant, et qui hoc proestatu supplicii maiore quam pagani numero addicerentur. multi enim inter ipsos divites erant, quem ubique et in senatu et in foro tui paganis mixti essent. Tertullianus a. pag. post Severum contra Parios profectus a. 198 apologiam suam nomine auctoris latentem, se-

natui

(1) Hist. Eccl. lib. 2. c. 2.

(2) Cathal. scriptor. Eccl. cap. 53.

(3) Euseb. Hist. Eccl. l. 5. c. 5.

(4) Hier. Cathal. scri. Eccl. cap. 53.

(5) Euseb. Hist. Eccl. l. 2. c. 2.

(6) Apolog. Tert. cap. 1.

natus Romano obtulit, ut persecutionem hanc a Christianis propulsaret.

Restat, ut de aliis circumstantiis nostri libri aliquid disseramus. Tertullianus, teste Eusebio⁽¹⁾ et Hieronymo⁽²⁾ Romae per aliquot tempus vixit, et ad senatum Romanum conscripsit suam apologiam, ut ipse quoque fateatur verbis, quae hic primum protulimus. Quidam volunt per "antistites in vertice civitatis praesidentes" non senatores urbis Romae sed in universum praesides provinciarum nuncupari. Dicunt enim, Romam non civitatem, sed urbem vocari: sed non vident, de una civitate hic sermonem esse, per quam nulla alia nisi Romana civitas intelligi potest, in cuius quippe vertice, i. e. in Capitolio, ipsius urbis, ut ita dicam, capitali civitate, antistites ad peragenda iudicia conveniebant. Litterum fieri potuit, ut etiam provinciarum praesulibus mitteretur a Tertulliano haec apologia prout non in sola urbe Romana persecutio gravaretur. Moris enim erat iisdem praesulibus imitare omnia suis in provinciis quae Romae agebantur, maxime vero si haec ~~causa~~ ipsis emolumento essent. Itaque postquam Severus, devicto Albino, Romae sedisset, praefectus est contra Barthos. Sed per Imperatoris abitum carbonem persecutionis minime extincti, sed potius ad solos Christianos restricti sunt putandi. Elebri statu fratrum suorum permotus Tertullianus, prout erat acris et vehementis ingenii vir⁽⁴⁾ oppressionis fratrum impatiens esse non poterat. Scientia juris imbutus, "legum hinc peritissimus"⁽⁵⁾ si ipsi facultas daretur pro libertate hinc coram iudicibus peroraret; sed quum "non liceret antistitibus palam discipere et coram examinare, quid sit liquidum in causa Christianorum," et praesidia, obstruerent viam defensionis; ut veritas vel occulta ad aures eorum perveniret via tacitarum litterarum,⁽⁶⁾ consilium inivit apologiam pro Christianis conscribendi, in qua et innocentiam eorum vindicaret et malam fidem persecutorum ostenderet, simulque non solum hinc, sed et hinc religionis causam ageret, eamque contra impetus hostiles succincte defenderet. Rem hanc perfecit stylo minus elegantis, frequentibus verborum a bona latinitate alienorum spinis, salubris asperitatibus resperso et magnis saepe involuto difficultatibus. At nullum esse credimus qui non fatebitur, Tertullianum altera ex parte hoc in libro lectores suos venustate sermonis et polita elegantisque orationis suavitate delectare, miro tamen styli acumine, sententiarum gravitate eos concuti, ac pleraque omnia illius argumenta tanti esse ponderis ac momenti, ut illi aut convincantur squiores, aut pertinaciores contendant atque obruantur. Saepe tamen brevitas nimium studiosus est; hinc est, quod quaedam

adhibet argumenta, quae pluribus infirma immo etiam
 falsa videntur, quae tamen, re diligentius inspecta, ve-
 lia non sunt. (1) - Notandum hic, quod quamvis Ter-
 tullianus huius libro, quae plurimorum est sententia,
 nomen suum non imposuerit, tamen testimoniis evi-
 dentibus ostenditur, illum esse ejus calami opus. (2)
 enim ille, ait le Nourry, (3) mundum superbum auda-
 ciosumque animum montanistarum induerat, sed
 catholicos Eccl[esi]ae obtemperantem preceptis, quibus cuius-
 libet Christiano horrendis cruciatibus ac morti cru-
 delissimis ultro se exponere vetabatur. Liber hic
 effectum suo caruit, nam postea in lucem prodit
 a. 202 edictum Severi, cuius inimicum. Causam
 frustrati effectus esse puto ingenium operis,
 quod morositate, ut ita dicam, res paganorum
 persequitur. Illubenti enim animo quisq[ue] perci-
 pit ea, quae ipsi mala reprobrantur.

De Nourry Diss.
 in Q. S. Tertul.
 lib. Apolog. cap. 6.
 artic. 4.
 (2) Euseb. H. E. l. 2.
 c. 2. l. 3. c. 23. et 35.
 l. 5. c. 5. Floro-
 rum. ep. 83 ad Max.
 Di. Mart. c. 2. art. 3.

De Secundo apologia Tertulliani, quae libet
 ad Nationes inscribitur, argumentum non
 est cur proferamus, quippe quod idem est, ac li-
 bri apologetici. Tertullianus librum ad Nationes in
 duas dividit partes, quarum prima tota est in repel-
 lendis calumniis, de quibus tunc male audiebant; in
 altera autem Noster Varrovis Divisionem Isorum
 in phyzicos, poeticos, et populares premeus omnes
 exagitat iisdem argumentis, immo et verbis, qui-
 bus procedente in opere usus est. Auctorem libri
 ad Nationes Tertullianum negat Floorabeek (lib. I
 de theol. Patr. cap. 1. §. 10.) "Non videtur mihi," in-
 quit, auctor esse Tertullianus, non ejus stylus et
 materia, quae fere eadem quae in Tertulliani Apo-
 logetico, inde potius hausta, et per aliquem for-
 te Tertulliani simulacrum, aut studiosum ad eum
 efformata." Est quam inepte hoc astruuntur,
 nemo non videt. Non solum enim eadem argu-
 menta, sed immo verba eadem in utroq[ue] libro
 constanter fere occurrunt. At proin etiam si
 librum ad Nationes Tertullianus non scripsit
 set ipse, sed aliquis alius, tamen laus operis
 minime si esset deneganda, alioquin enim de-
 negandus si quoq[ue] esset liber Apologeticus, quod no-
 mo hucusq[ue] asserere ausus est. - Praeterea libri
 ad Nationes non semel in vetusto Agobardi codi-
 celli inscribuntur Tertulliani nomine. - Liber hic vel
 paulo poste, vel simul cum Apologetico, ad quem ali-
 quibus in locis lectorem remittit, in lucem prodit,
 non solum populo, sed etiam iudicibus directus.
 Exprobrat enim hic, ut in Apologetico, iniquam
 eorum procedendi contra nos nationem.

(4) Agobardus fuit
 Astens. Lugdun.
 floruit tempore
 Caroli M. ejusq[ue]
 filiorum et codi-
 ces Tertulliani
 Eccl[esi]ae suae dona-
 vit.
 (5) ad Nat. l. 1. c. 7. cf.
 Apol. c. 48 et 49
 ad Nat. l. 1. c. 10. cf.
 Apol. c. 17. 18 et 19
 ad Nat. l. 2. c. 5. 13
 cf. Apol. c. 21. 22.

e) Q. J. F. Tertulliani apologia, cui in-
deus est ad Scapulam.

Quam proxime precedentibus apologiis Tertullia-
nus tristi Rūorum sorti nihil subleuasset, sed immo
quam Severo annuente, aut saltem non prohibente,
recrudescere dira in Rūos persecutio cepisset. quumq[ue]
postea a. 202 leges crudeles, quarum auctoritate ubique
locorum per Ecclesias facta sunt martyria⁽¹⁾ conditi
essent, et Scapula Carthagini totiq[ue] Africae prefect[us]
gravissime in Rūos squiret, hinc Tertullianus, ut eum
a Rūis torquendis et trucidandis advocaret, libellum
supplicem obtulit, qui "ad Scapulam" inscribitur. Hoc
in libello ostendit Tert. innocentiam Rūorum ab impie-
tatis et leg[is]q[ue] maiestatis criminibus, quorum iniu-
ste accusabantur. Quam innocentiam Deus ipse com-
probavit, dum quaedam portenta in celo apparere
fecerit et miserum sortem immiserit eis, qui Rūos
persequerentur. Proinde ut consulat sibi Scapula,
eum admonet Tert. ne Deus vindictam de eo sumere
vellet, et hortatur illum, ut morem gerat legibus, quae
nullum reum, nisi crimina confessum, aut eorum
convictum plecti praecipiant. Exemplā dei proponit
eorum prefectorum et principum, qui nihil mali
contra Rūos tentare ausi sunt. Iniquam ergo esse
ostendit trucidare cives Reipublicae utilissimos, qui de-
monia e paganis ejiciunt, multos aliis morbis afflictos
miraculi ope sanaverunt, imbrem in germania M.
Aurelii expeditione precibus suis a Deo impetra-
runt, alia. Ceterum jam impossibile esse Rūos e me-
dio tollere perhibet, alias enim Carthago sola deci-
manda esset. Quapropter supplicem eum rogat, ut par-
sat Carthagini et provinciis, quam militum et iniuri-
eorum concussionibus obnoxiam fecit. Deniq[ue] quidquid ille
agat non deficiet. Rūorum secta, quae tum etiam crevit,
eum sedi videbitur. Quisquis enim investigat in causam,
ob quam Rūi aequo animo quolibet tormenta patun-
tur, veritatem agnoscit et eorum religionem ample-
ctitur. Liber hic post mortem Severi Imperatoris, qui
accidit a. 211, scriptus fuisse communiter dicitur,
et longe alium ingenium, atq[ue] liber Apologeticus
praesert. In Apologetico enim aucter in pa-
ganos invehitur, hic autem supplicem rogat "Hare!
quasi ad gratiam eorum alloqueretur."

f) S. Cypriani, liber ad Demetrianum."

De occasione et consilio hujus libri non est cur di-
seramus, sufficit enim adducere argumentum ejus.
Demetrianus (quoniam ille fuerit, brevi dicitur) post
Cyprianum convenit et causam omnium malorum,
quae Respublica Rūna tunc perpessa est, Rūos esse
dicebat, ipsiq[ue] imputari debere, quod bella crebrius sur-
gant, quod lues, quod fames squirant, quodq[ue] imbrēs
"et pluvia serena longo tempore suspendeant."

Obsecrationes has Cyprianus initio, contempserat
 verecundius ac melius existimans errantem imperi-
 tiam silentio spernere, quam loquendo demeritis in-
 saniam provocare; nam "et labor irritus et nullus
 effectus offerre lumen caeco, sermonem surdo, sapien-
 tiam bruto." (cap. 1.) Sed quum Demetrianus in dies
 magis urgeret, causam omnium malorum causam
 huc esse, Cyprianus bonus et gregis suamans fa-
 stor, ne dum contempserat criminationes falsas re-
 futare, videretur crimen agnoscere, respondere ad
 eas consilium inivit. Demetriano, pariter et iis quos
 iste forsitan concitavit, adversus huc omnia suis ma-
 ledictis vocibus seminando. (cap. 2.) Sequitur dicitur
 responsio ad singulas objectiones. "Per vos fit, sic
 bat Demetrianus, et vobis debent imputari omnia
 ista quibus nunc mundus quatitur et urgetur, quod
 dii nostri a vobis non colantur." Ad huc Cyprianus
 et argumentis ex usu experientiaque petitis demon-
 strat, hanc sententiam mundo datam esse, hanc
 legem Dei esse, ut omnia orta occidant, et aucta
 benescant, et infirmetur fortia, et magna veniant,
 et cum infirmata et diminuta fuerint finiantur.
 mundum jam senecisse, hinc etiam tremere et senex.
 Quod bella crebrius continentur, quod sterilitas, fames
 sollicitudinem cumulant, quod morbis, luis popula-
 tionibus humanum genus vastatur et cetera mala
 multiplicentur, id predictum esse in scripturis sacris
 apud Jerem. 25, 6. Agg. 1, 9-11. Amos. 4, 7-8. ostendit, et
 causam horum malorum paganos imputat, quod De-
 um non colant. Nam cum Deus sit mundi Domi-
 nus et rector, utique huc non propter huc fiunt, a
 quibus Deus colitur, sed delictis et impietati paganorum
 irrogantur, ut convertantur ad eum. Quod testimonium
 sacra scriptura (Jerem. 11, 30. 5, 3.) confirmat. Ubere fontes
 et aures salubres et frequens pluvia et fertilis terra
 minus nunc hominibus obsequium praebent, quia homi-
 nes Deo, per quem eis cuncta deserviunt, non serviunt.
 "Indignamini, alloquitur paganos, indignari Deum,
 quasi aliquid boni male vivendo mercamini, qua-
 si non omnia ista quae accidunt minora adhuc
 sint et leviora peccatis vestris." Si quae bella ex-
 surgunt, persequitur Cyprianus, causa est, quod
 apud vos inter ipsas fagas pax desit, crimina dei
 paganorum percenset: superbiam, avaritiam, a-
 lea prodigalitate, vinolentiam, incestum, crue-
 litatem. Tum imaginem republicae adumbrat:
 "Passim discurretur, rapitur, occupatur. Prædan-
 di discriminatio nulla, nulla cunctatio. Quasi liceat
 quasi oporteat, quasi illo qui non rapit damnum
 et dispendium proprium sentiat, sic unusquisque
 rapere festinat. In latronibus est utcumque aliqua
 scelerum verecundia; avias fauces et desertas so-
 litudines diligunt, et sic illic delinquitur, ut tamen
 delinquentium facinus tenebris et nocte veletur.
 et avaritia palam sequit, et, ipsa audacia sua tuta
 in fori luce abrupta cupiditatis arma prostulit."

Inde

Unde falsarii, inde venefici, inde in media civitate sic-
carii, tam ad peccandum precipites, quam impune pec-
cantes. Parum est, quod furentium varietate vitiorum,
quod iniquitate feralium criminum, quod eventuarum
compendio rapinarum vita vestra maculatur, quod
superstitionibus falsis religio vera subvertitur. Deus
non timetur, nec colitur, adhuc insuper Dei servos
persecutionibus fatigatis... Deum colere eis non per-
mittit. (Demetrianum alloquitur)... innocios, justos,
Deo charos domo privas, patrimonii spolios, cate-
nis prenis, carcere includis, gladio, bestis, igitibus
punis... feritas atq; inmanitas tua usitatis non
contenta tormentis, excogitat novas penas inge-
niosa crudelitas." Haec crimina faciunt, quod Deus
non prohibeat adversa. Ut ostendat inique Rños ve-
rari sequens adhibet dilemma: "Enim esse aut eni-
meri est, aut non est; si crimen est, quid non inter-
ficis confidentem? Si crimen non est, quid persequeris
innocentem? Torqueri enim debui si negarem." Ra-
tionibus, non tormentis agendum erat, et diis relin-
quendum, ut ipsi vindictam de contemptoribus suis
sumant, et si id ipsi prestare nequeant, pudeat
te (Demetriaue) eos colere quos ipse defendis, pudeat
Tutelam de iis sperare quos tu ipse tueris, quos au-
tem Rñi, adjurant et torquent spiritualibus flagris
et verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciunt...
Stag, Esto crede... ledere ejus servos desine, quos lesos
ultio divina defendit." Tutela ejus Rñi confiden-
tes patientes sunt omnium malorum, quae ipsis
a pagani injuste irrogantur, nam per haec ipsa
probari et corroborari se sciunt, ut majorem
fructum ex hac probatione recipiant. Hinc nihil
est mirandum, quod Rñi easdem atq; ethnicis
calamitates alias sustineant. Tandem Cypria-
nus adumbrata imagine extremi judicii, quod
non tam longe abesse notavit, hortatus gentes
et Demetrianum, ut ad Deum verum convertantur.
Vastum Rñum Imperium in dies usq; atq;
usq; deficiebat. Parthi in Oriente, barbari in Pan-
nonia iteratis vicibus Rñis bella inferbant, quae Impera-
toribus exitio erant, ut Philippo, qui quum Decium
contra Gothos ^(a. 249) Panoniam invadentes misisset, hic
a militibus Imperator est proclamatus, Philippus vero
interfectus. Decium et tres ejus filios iidem Gothi in-
genti clade affectos vita privarunt. Successorem ejus
Gallum et hujus filium Volusianum post 18 imperii
menses sui milites interfecerunt. Similem sortem ex-
pertus est Aemilianus imperii sui mense quarto.
Suffectus ei a. 253 Valerianus usq; ad a. 256 favore
Rños prosequeretur. In ruina regum, quas come-
morat in hac sua apologia Cyprianus. Bella
recepit fames, qua avaris ad opes suas augendas
visi, ut frumenta carius venderent, clauderant
horrea, pauperesq; fame absumi malebant quam
eorum inopia opes suas non augeri. Malis his
fastigium lues pestifera imposuit, quae a. 256 exorta

(Alludit Lypri. adit.
hid, quod iam Tertul.
lianus ^{ingenuose} probavit
pagani, uim in
eos velle, ut Rñi non
confiteantur sed
negent. Proinde hic
mente supplendum
est: sed vis ut ne-
gat? ut ipse Lypri.
inferius paulo ex-
ponit: "cum spon-
te confitear... Enim
me esse... quid tor-
menta amosos
confitear?"

Decem annis durasse narratur ita tamen ut inter ⁹ Vin. Cypr. ^{Dist.}
dum videretur imminui et relaxari. Nixus his cit. cap. 2. art. 2.
circumstantiis, quas in ipso libro ad Demetrianum con-
tentas videt Le Nourry, collocat statem hujus li-
bri in a. 253 post illas ruinas regum.

Demetrianum quod attinet, alii eam putant pro-
consulem Africae, iudicem vero inferioris subcellii ae-
lii. Proferenda tamen videtur prior sententia, ipse
S. Cypriani verbis hujus libri mixta, ubi Demetria-
nus exhibetur quos variis tormentorum generibus
a se cacogitatis exponere. Difficultatem hic noval-
lis parit ratio, qua adversarius tractatur in hoc li-
bello, et dicunt, quod Cyprianus, qui voluit persecu-
tionem a quibus declinare, non responderet tanto cum
despicatu personae indignitate constituto. At his re-
sponsum, eam fuisse communem rationem apud
antiquos tractandi adversarium. Nomen ipse S. Gry-
sostomus, reprobatus, cui facultatem dat blasphe-
matoris genus contumendendi? Videamus deim ope-
ra polemica lapsorum saeculorum. sumamus
eg. Volanum apud nostrates et Turgiuicium,
nostro quo Maciejovium, qui Tyskydisio quomo-
do respondet, vid. Bibliotheca Warsawska
a. 1844 tom. 3. Hi in propria causa sua injuriis
adversario respondent; nihil itaq mirum
quod et Cyprianus severe adversarium tractet
relo erga causam Dei abreptus. - Ceterum pona-
mus Demetrianum solummodo inferioris subcellii
iudicem fuisse. Certum tamen est ex Cypriano
eum quos persecutum fuisse; - eandem itaque
ob causam Cypriano initius cum eo agendum e-
rat, ne furorem ejus contra quos augetet.

§ 2. Apologiae Christianismi.

a) Epistola ad Diognetum.

Diognetus Graecus origine, religione paganus, constan-
tia martyrum et virtutibus quorum attonitus, ve-
ritatis amans, hanc ex ¹ ~~1~~ auctore hujus
epistolae quaerit, eumq interrogat 1) in quam aucto-
rum confidentes mundum et et mortem contempne-
rant. 2) cur Graecorum et Judaeorum sacris abjectis,
novam religionem sectarentur. 3) Unde ille aucto-
quo se mutuo prosequunt. 4) cur tam vero insti-
tutum hoc in orbem introductum fuerit? - Accep-
tum habens hoc desiderium veritatis auctor epi-
stolae ad Diognetum respondet 1) quos cultum di-
non exhibere, quia hi sunt inanimati et lapides,
vel metallum, alia. Merito itaq irrisio sunt
dandi cultores eorum, qui cum ~~veri~~ cultui huius as-
sueti fuerint, veritatem videre nolunt. 2) quos
rejiunt sacrificia Graecorum, quia haec diis of-
ferre dementis est; nec Deus, qui omnia adho-
minum emolumentum condidit, eis indiget. Ju-
daeorum autem ritus apti non sunt ad cultum Dei.

3) Ob oculos ponit mores Rñorum, qui terrestrem patriam incolentes tanquam peregrini, animo superum affectantur - persecutores etiam suos amant. 4) Quis non terrenum inventum traditum est, sed ipse Deus veritatem et Verbum sanctum, Deum creatorem omnium, regem misit in clementia, ut veritatem et suam clementiam mundo ostenderet, et eum salvaret, quum jam malitia hominum ad summum fere pervenisset. Denique hortatur auctor Diognetum, ut cognoscat Deum, eumque colere discat, quod non sola scientia Dei, sed etiam charitate ad hoc opus ~~est~~.

Quum auctor hujus epistolae se expresse Aristotolorum Discipulum nominet, quumque Diognetum, adumbrando maximam Dei clementiam et alias disertis verbis ad amorem Dei praecipue hortetur, et verba I Cor. 8. 1. citet, haud obscure colligo, eum fuisse vel S. Pauli, vel S. Joannis, vel denique post mortem Pauli, Sancti Joannis Discipulum. Ad eamque apologiam hanc, quae mea est sententia, ad vergens seculum primum post Ch. est referenda.

b) S. Justinii Apologia secunda.

~~Causa~~ Non obstante edicto Imperatoris Antonini, cujus mentionem ad primam S. Justinii apologiam fecimus, Rñi premebantur et ob nomen solum damnabantur. Martyrium praesertim Ptolemaei, Luci, aliorum permovit S. Justinum ut Imperatori ~~obtestaretur~~ Marco Aurelio et aucto Commodi et Senatus populoque Rño secundam suam apologiam, ex qua nonnulla temporum injuria sunt absumpta, obtulerit, ubi exhibet, Rños non aliam ob causam, nisi quod veritati adhaerent, persecutionem pati. Explosis dein opinionibus nonnullis falsis gentilium, Rñus religionis excellentiam praestantia doctrinae, martyrum constantia et Rñorum vita innocente probat. Unde gaudium suum fatetur se ei adhaesisse. Denique precatur Justinus Imperatorem, ut libellum hunc sua auctoritate confirmet, sicque auctoritate publica donatum opus faciat ad repellenda praesudicia contra Rños, quod unice ei, ut fatetur, hanc orationem scribenti propositum fuit.

Apologia hae itaq. scripta fuit ad philosophos potius quam ad Imperatorem, et oblata huic ~~in~~ fine, ut approbata ab eo tanquam philosopho insigni, ad animos philosophorum aliorum vim haberet et eradicaret eorum praesudicia contra religionem Rñam. Justinus etiam presentando Imperatori hanc suam orationem, in mente habuit et Imperatorem, et philosophos, quorum consortio idem utebatur, convincere de ve-

ritate nostrae religionis. et populo persuaderet
 Años immunes esse criminum quorum accusa-
 bantur. Opera Crescentis philosophi, qui familia-
 ritate Imperatoris uos, hunc contra Años induce-
 bat, apologia hae suo effectu est frustrata - immo
 forsan citiorem reddidit edictum, quod paulo post
 de persequendis Añis exiit; nam Crescentus Iustino
 gravissime infensus, quod ab eo in disputatione
 publica, cujus meminist in hac apologia Iusti-
 nus, ~~convictus~~ fuerit, Imperatorem usq; atq; usq;
 urgebat ad edictum contra Años publicandum.
 Scripta itaq; fuit apologia hae circa a. 162 et
 brevi eam secuta est mors ipsius Apologistae.

c) Tatiani adversus Graecos oratio.

Tatianus in hac sua adversus Graecos seu genti-
 les oratione antiquitatem et praestantiam religionis
 Añs, non sine salibus et aculeis contra adversarios
 demonstrat: cumq; Graecorum errores et superstitiones
 cum luce veritatis Añs comparat solam illam veram
 et amplectendam esse concludit. Id ut perficiat com-
 primit arrogantiam Graecorum, qui se omnium gen-
 tium sapientissimos putabant, et initio libri in-
 ventionem artium ipsis denegat et barbaris tri-
 buit; eloquentiam eorum ad injustitiam et calum-
 nias utilem, poesim animae corruptelam dicit, phi-
 losophorumq; vitam et placita cavillat. His postre-
 mis opponit Añorum innocentiam et doctrinam
 de creatione mundi, cui superstruit resurrectionem
 mortuorum. Ut autem ad beatam immortalitatem
 obtinendam omnes excitet, pluribus exponit quomo-
 do homo lapsus sit et qua ratione ruinas hujus lapsus
 reparare possit mediante Verbo caelesti - liberumq;
 arbitrium defendit. Sed hic nonnulla erronee ad-
 serit de Angelis, quasi materia et spiritu simul
 constarent - item supplicia demonum ad extremum
 iudicii diem differri, et animam humanam ma-
 terialem esse arbitrari videtur. Graecorum deim erro-
 ribus explosis, quos demonum fraudi tribuit, jam
 nunc Tatianus Añorum de Deo sub hominis for-
 ma nato doctrinam cum gentiliam de diis fabulis
 comparat et Años mirissime desipere demonstrat.
 Posthaec in histriones, mimos, ludos, gladiatores et
 spectacula invehitur; philosophorum Graecorum mo-
 res perstringit, inanes eorum quaestiones et gram-
 maticam ridet, leges Graecorum nonnullas absur-
 das demonstrat - tum exponit suam ad Añi fi-
 dem conversionem. Altera suae orationis parte
 Tatianus demonstrat Añs philosophiae antiquitatem
 la Moysae exordians, quem anteriorem omnibus scrip-
 toribus esse ostendit, et excellentiam.
 Quum Tatianus in hac oratione praeter errores
 supra memoratos, etiam inter poetas et severa

(V. Schram Anal.
 oper. II. Part.
 tom. I. pag. 526.)

distinctionem Graecorum more faciat, alia vero Eneaticis contraria ea catholica veritate affirmet, patet, illam ab eo scriptam fuisse paucis, antequam Eneaticorum sectae auctor existeret, annis; itaque circa annum 168, nam suae sectae fundamenta anno 170 jecit.

d) S. Theophili Ep̄i Antiocheni
ad Autolyceum libri tres,

caerati fuerunt circa a. 181, ut patet ex mentione mortis M. Aurelii, qui 180 anno Diem supremum obiit, ipse autem Theophilus mortuus est a. 182. Autolyceus fuit amicitia Theophili junctus, doctus quidem, sed simulacrorum cultui addictissimus, et erga R̄nos ob malesana commenta de coitu eorum cum sororibus et esu carniū humanarum iis afficta, male affectus; quos errores et praesudicia illi Theophilus evellere et de veritate religionis R̄n̄g eum convincere allaborat, his tribus libris. Et primo quidem libro S. Theophilus sermonem complectitur cum Autolyce habitam, qui cum in sententiam R̄norum de Deo et mortuorum resurrectione jocos effudisset, S. Theophilus ansam et materiam praebuit utrumque dogma defendendi. Secundo libro voluit Autolyce demonstrare inutilem laborem et inanem superstitionem, qua hic detinebatur, atq; etiam ea paucis ad paganos pertinentibus historiis verum ante oculos ponere. Tertio vero libri argumentum ipse Theophilus his verbis refert: „Quia plurimos libros scriptores componere amant ad inanem gloriam, alii de diis, et bellis, aut temporibus, alii fabulis inutilibus, ceteris operosis nugis, quibus tu (Autolyce!) haecenus addictus libenter hunc perferis laborem, ac post sermones mecum habitos adhuc pro delirio habes doctrinam veritatis, recenses esse admodum literas nostras existimans; hanc ob causam nec ego gravabor tibi antiquitatem literarum nostrarum ab origine et capite repetitam Deo annuente exponere, et paucis tibi hoc monimentum conficiam, ut illud perlegere non pigres, ac ineptias ceterorum scriptorum perspicias.“

e) Clementis Alexandrini Admonitio ad
Graecos seu gentiles, praefidente Le Nourry, scripta fuit circa a. 194. Admonitio haec est discussus adhortatorius, quo Clemens gentes a cultu idolorum ad veram Jesu Christi religionem adducere allaborat, dum eis inventionem, originem, materiam, templa, imagines falsorum deorum et de iis iudicium saniorum inter gentiles proponit, et praesentiam religionis R̄n̄g tum ex theoria quam e praxi demonstrat.

f) Q. S. F. Tertulliani De testimonio animi
liber adversus gentes.
Tertullianus sententiam, quam cap. 17 libri Apolo-

Appar. ad Biblioth.
Mae. 11.

getici protulerat, evolvens hoc libro probat, animam ipsorum paganorum natura sua Anam esse, in-
 sciamq; agnoscere unum duntaxat Deum beneficium,
 judicem omnium, quem dicit: "Quod Deus dederit - de Deo
 voluerit - Deus bonus est - Deus benefacit - Deus videt om-
 nia - Deus inter nos judicabit." Satanam etiam anima
 paganorum designat, in omni aversatione, quem An di-
 cunt malis angelum, totius erroris artificem. Misel-
 lum vocat vitq; ereptum ut paret et iudicio jam adstri-
 ctum et timet mortem - et An affirmant, animam
 post mortem, expectare diem iudicii, proq; meritis aut
 cruciatui destinari, aut refrigerio utroq; sempiterno re-
 versam corpori. Merito igitur, concludit Tertullianus
 omnis anima rea et testis est, in tantum et rea erro-
 ris, in quantum testis veritatis; et stabit ante oculos
 Dei die iudicii, nihil habens dicere. Deum predicabas,
 anima, et non requirebas; demonia abominabaris, et
 illa adorabas; iudicium Dei appellabas, nec esse crede-
 bas; inferna supplicia presumebas, et non precavebas;
 Anum nomen sapiebas et Anum persequeris.
 Liber hic iisdem styli proprietatis, et alia Tertul-
 liani opera, si mordacitatem et sales libri Apologe-
 tici excipias, gaudet. Scriptus autem fuit paulo
 post librum Apologeticum, adeoq; circa a. 198.

g) Marci Minutii Felicis "Octavius."

Minutius, seipso perhibente, fuit causidicus Romae.
 Idem testantur de eo Lactantius⁽¹⁾ et Hieronimus⁽²⁾
 et perhibet Luper⁽³⁾ contra Stenmannum⁽⁴⁾, qui
 Minucium causidicum non forensensem, sed ideo a daci-
 tantio ita appellatum fuisse dicit, quia causam reli-
 gionis Anq; tuitus est. Munere causidici fungebatur
 Minucius ante suam ad Esti fidem conversionem. Sed
 utrum post hanc illo officio fungeret, necne, ignorat.
 Potior est sententia affirmans, quod probatur propriis
 ipsius verbis l. d. "Hanc et ad vindemiarum ferias ju-
 diciariam suam relaxaverant." Alipianus scribit
 M. Antonini oratione expressum fuisse "ne quis mes-
 sium aut vindemiarum tempore adversarium cogere
 ret ad iudicium venire." Suetonius quoq; narrat:
 Augustum statuisse, ne Septembri Octobrive men-
 se necesse esset in senatum venire. Hec certe mul-
 tos eosq; clarissimos viros, praesertim a senatu Anq;
 feriarum tempore rus ex urbe avolare, ibiq; relicto
 omni fastu, rusticiari et repuerascere esse solitos,
 Cicero de d. lio, Scipione et ducroino testatur.⁽⁵⁾
 Temporis illius quoq; meminit S. Ciprianus, quo
 indulgente vindemia solutus animus in quietem
 solennes et statas amni fatigantes inducias ser-
 titur. At tum quidem successus amoenos captare
 se ait, ubi de rebus divinis cogitet. Tempore harum
 feriarum forsan, cogitanti et cum animo suo Octa-
 vii boni et fidelissimi contubernalis memoriam se
 censeat Octavio (z. 1.), et fortasse de rebus divinis
 secum reputanti, venit in mentem Liferis man-
 dare colloquium, quod olim simili anni tempestate
 inter

- (1) Justit. Divin. l. v c. 1.
- (2) Catol. scriptor. eccles. c. 58. epist. 83 ad Magn.
- (3) Hist. Theol. Crit. de vit. scrip. atq; doct. s. p. p. III.
- (4) Parerga Gething. X pag. 228. 229.
- (5) Pandect. leg. I. l. 35.
- (6) De orator. l. II cap. 6.
- (7) Epist. ad Donat. edit. Oroniens. Tract. de grat. pag. I.

suos amicos Octavium ~~paganum~~ et Cecilium paganum locum habuit, ut et alii, qui absentes tunc erant pagani veritatem Aeneae religionis cognoscentes, eandem amplecterentur. Rem hanc perfecit libello, cui insicem debet a nomine personae principis et a sui amici, Octavium, cuiusq; sequens est argumentum:

Minutio et Octavio ad litus maris ambulantes occurrit Cecilius eorum amicus, qui, simulacro Serapidis dentotato, manum ori admovens labiis impressit. Superstitioso hoc actu indignatus Octavius in Minucium invehitur et eia reprobat, insaniam huius facinorosi non minoram in ipsum, utpote Ceciliii hospitem, quam in eundem Cecilium redundare. Aegre hic istam oburgationem ferens petit ut sibi cum Octavio de veritate sua religionis disputare liceat; qua facultate obtenta, disputatio inter Octavium et Cecilium instituitur Minucio arbitro. Rem aggreditur Cecilius et multa facit verba (cap. 5-14.), quibus, posita principis loco Nonae Academi sententia, omnia in rebus humanis esse dubia, incerta, magis verisimilia atq; vera dicenda, Aeneas audaciq; arguit, quod ipsi homines studiosorum rudes, literarum profani, expertes artium etiam sordidorum certum aliquid de Deo asserere audeant, quum beati satis, satisq; prudentes videamus si nosmet ipsos familiariter noverimus. Deum nulla providentia mundum regi arguit, concluditq; in tanta rerum incertitudine satius esse traditis religionibus adhaerere, nec de minimis ferre sententiam, sed majoribus credere, ut gentes faciant et maxime Romani, qui ob hanc in Deos pietatem totius orbis imperium sunt assecuti, et omnia fausta fausta et prospera Deorum sibi propitiarum beneficio habent. auguria extollit. Itaq; minime ferenda est impietas Theodori, Diagora, Protagora, aliorum, qui Deorum religionem vel penitus tollere, vel saltem infirmare voluerunt et multo minus Aeneas natio, quae Deos despuit. Stultitia Aeneas reputat, quod metum tormentorum spernant. reprobat ipsis libidinem, quod de promiscue appelleret fratres et sorores, ut etiam non insolens stuprum, intermissione sacri nominis, fiat incestum. Tum quod caput asini adorent, ut vulgo feruntur - quod alii eos ferant ipsius antistitis ac sacerdotis genitalia colere, et quasi parentis sui adorare matrem. Vitio ipsis Deum verat Cecilius, quod Rotum crucifixum et crucem colant. repetitq; crebram illam fabulam de imitandis tirunculis de ~~rege~~ sanguine infantis his verbis: "infans ferre coniectus, ut desipiat incautos, apponitur ei qui sacris imbutus. Si infans a tirunculo, farris superficie, quasi ad innocios ictus provocato, coctis occultisq; vulneribus occiditur; huius, proh nefas! sitienter sanguinem lambunt, huius certatim membra disperant, hac foeditate hostia; hac conscientia sceleris ad mutuum silentium piquerantur." Russus in Aeneas invehitur ob libidinem, quam quasi promiscuam exercerent in conventibus suis diebus sacris post epulas; - quum nimirum convivium desierit, canis, qui candelabro nexus est, iactu offulset ad saltum provocetur, ut sic extincto lumine

libentius cupiditati suae satisfaciunt; hinc si non omnes ope-
 ra, conscientia tamen pariter incestos esse dicit. Ex eo, quod
 quidquid colant occultare nitantur, graviorum scelerum
 suspectos eos reddat. atheismi accusat; doctrinam de Deo
 uno omniviso, omnipotente, de futuro mundi incendio impro-
 bat, ambibus fabulis adnumerat resurrectionem corporum,
 vitam aeternam beatam et infelicem. De eorum autem
 post mortem sorte conjecturam sapientiam dicit ex eo,
 quod nunc omni ope destituti summi calamitatibus pre-
 mantur et miseris. et, Deus patitur, dissimulat, non vult,
 aut non potest opitulari suis... ubi Deus ille, qui subveni-
 re reviviscentibus potest, viventibus non potest? Non spec-
 tacla visitis (Rui!), non pompis interestis: convivium pu-
 blica absq; vobis... sic reformidatis Deos quos negatis. Non
 floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis
 reservatis unguenta funeribus: coronas etiam sepulchris
 denegatis, pallidi, trepidi, misericordia digni sed nostro
 rami deorum. Ita nec resurgitis miseri, nec interitum co-
 vitis." Concludit tandem Cicilius, repudiandam esse novam
 religionem, nec de rebus temere pronuntiandum, sed potius
 cum Socrate reponendum: quod supra nos, nihil ad nos" et
 cum Academicis prudens dubium servandum. Orationi
 cum Academicis prudens dubium servandum. Orationi
 suae tandem finem imponit Cicilius, non sine elati ani-
 mi fastidio provocans Octavium ut argumentis ejus re-
 spondeat. - His continetur pars prima apologiae seu
 potius praemium operis, quo absolute progreditur Me-
 nucius ad ipsam apologiam, in qua facit Octavium
 scite, acute, eleganter et perspicue criminationes Ruis
 objectas diluentem; - plerumq; depellentem sola infamia-
 tione et retorquentem justa recriminatione; quaedam
 ingenue profitentem, sed jure defendentem.
 Primum itaq; statuit, nemini egre ferendum, quod Ruis
 de rebus caelestibus disputant; non enim disputantium
 auctoritas, sed disputationis veritas est spectanda - Dein
 cognitionem sui ipsius absq; cognitione rerum universi-
 tatis et Dei comparari non posse; - tum ex mundi con-
 stitutione ostendit hunc a Deo conditum fuisse, atque
 regi et administrari a Deo, qui est unicus; hinc nos
 non debere rapi ab imperita antiquitate ad mutui con-
 sensus errorem - anthropolatricamq; esse cultum impium
 insubsumq; egre ac totam deorum familiam ridiculam
 fabulam, ab imperitis primum hominibus traditam,
 quam alii deinceps celebrarent, ac potissimum poe-
 ta, qui haud parum auctoritate sua veritati nocue-
 re. Deorum deinde simulacra et imagines exagitat
 Octavius - brevique inductione demonstrat, quantum in cele-
 brandis quorundam deorum mysteriis ridiculi, obsceni, cru-
 delesque ritus observarentur. Dehinc ostendit Ruis
 in ortu suo et scelere collectos esse immunitatis terrore
 crevisse; unde non ideo tanti quod religiosi essent, sed quod
 impune sacrilegi. Argumentis postea ex rebus gestis pe-
 titis comprobata vanitatem auguriorum et oraculorum
 paganorum, quorum fontem demones in statu deli-
 tescentes dicit, qui aetorum fibras animant, avium vo-
 latus gubernant, sortes regunt, oracula edunt falsis
 involuta responsis - quicq; a Ruis per Deum verum ad-
 jurati ab obsessis corporibus fugantur - et vindictam
 de Ruis sumere volentes, non solum odium paganorum
 in

olim habitum. Inquiramus alias circumstantias hu-
 jus apologiæ. — Difficile est Determinare statem,
 qua floruit Minucius, et suam apologiam hanc con-
 scripsit, mihi vero maxime arridet sententia Guil.
 Lavei, cui Le Nourry assensum præbet, affirmans Minu-
 cium Tertulliano supparem, Cypriano antiquiorem cit-
 ra a. 220 floruisse. S. Hieronymus ponit quidem Minu-
 cium post Cyprianum, sed Eucherius Lugdunensis ponit
 eundem ante Cyprianum. Huc addas, quod nonnulli pu-
 tant Ciceronem in Octavio Minucii eundem esse, qui Cy-
 prianum in doctrina Christi amplectenda suavor fecit, unde a-
 pologia Minucii Cypriano nota fuit, et hic illius senten-
 tias utitur in libello, qui De dolorum vanitate... in-
 scribitur. Sed his, parum ad rem nostram aptis, nisi
 sis propius conveniat statem hujus libri, Determinare
 Aetatem Minucii optime in id tempus quadrat, quo mul-
 ti etiam Senatores nobis, ut Hippolytus et Apollonius,
 referente S. Hieronymo, religionem Christi sunt am-
 flexi circa a. 185, et quo, ut ait Arnobius, oratores et
 Jurisconsulti magnis ingenii præditi transierunt
 ad Ecclesiam. "Credo equidem, ait Balduinus, An-
 tonium, cum id scriberet, de Minucio eum cogitasse. Multos
 ejus ordinis numerare vix potuisset. Sed Minucii tamen
 exemplum quosdam secutos esse credo: ut et Minucius ha-
 buit quos in eodem stadio sequeretur." e. Mortuo M. Aurelio
 (180 a.) successus est ejus filius Commodus diversa ac pater
 suus erga Christianos animo, quamquam ratione eum non ex-
 quaret. Commodus a. 197 mortuo successerunt: Septimius
 Severus, qui initio imperii sui Christianos favorabilem se ex-
 hibuit, donec Judæorum motibus ad Christianos etiam perse-
 quendos permoveretur. Caracalla (ab a. 211), Heliogabal
 (ab a. 218) et demum a. 217 Alexander Severus, quorum
 ultimus, teste Lampridio, templum Roto facere voluit, Christiani
 igitur oblatam sibi ab Alexandro occasionem construendi
 Ecclesias procul dubio non amiserunt. Et reapse testatur
 Origenes in Tract. in Mat. c. 28, quem circa a. 244 com-
 posuisse fertur, incensas fuisse Christianorum Ecclesias, forsan
 tempore Maximini Thracis, nam Philippus (circa a. 244/50.
 reus) nihil mali Christianis fecit. Hinc facile intelligi potest,
 cur Octavius non neget, Christianos templis caruisse. Dum
 enim Minucius circa a. 220 scripsisset hanc apologiam,
 Christiani poterant non habere templamagnifica, qualia
 erant pagani. Exprobravit induper Ciceronius Christianis, eis
 adquisisse homines ex ultima fæce plebis, miseris ac
 paupertate oppressos - id quod Octavius non negat. Ne-
 quaquam autem Ciceronius huc dicere potuisset. Sem-
 pore Alexandri Severi, in cujus aula multi Christiani
 officii fungebantur insignibus.
 Minucius priusquam Roto nomen dederit, in foro sa-
 crilegos, incestos, parricidas etiam defendendos susci-
 piabat. Christianos vero nec audiendos in forum putabat,
 ut Octavius suo, Minuciiq. nomine fatetur cap. 28.
 Post suam itaq. conversionem volens vel ex parte
 remanere malam suam de iis opinionem. et
 ulteriori calumniarum propagationi occurrere com-
 posuit libellum suum. Sed hic scopus ejus se-
 cundarius, ut ita dicam, fuit. Primarie autem
 intendebat Minucius ostendere Christianos solam

(1) Hist. lit. script.
 Eccl. tom. I.
 (2) Diss. in Minuc.
 Fel. Octav.
 (3) epist. ad Valerian.
 (4) epist. ad Magn.
 (5) Diss. de Minuc.
 Fel. Octavio
 in Patrol. Cur.
 Compl. ed. Migne.

(6) in Vita Alex.
 Severi post med.

et univiam religionem esse veram et sanctam. Unde
primo loco refutat Academicos, qui dicebant nos verita-
tem nullo modo assequi posse. Quum itaque contrarium
probasset, ostendit quos hanc veritatem esse asse-
cutos, eosque solos notitiam veri Dei habere. Ethnicorum
autem religionem cum omnibus superstitionibus et ca-
nis observantibus execrabilem et turpissimam depravatam,
deorum autem cultum et anthropolatricam insaniam
in moribus autem eorum summam corruptionem esse,
quam in quos retorquent injustissime. Hanc eundem
scopum a Minutio profectum fuisse vel inde patet, quod
calumnias quibus afficitur obiter illum attingat, et longius
in ostendenda falsitate Ethnicorum et veritate Christianorum reli-
gionis, necnon in refutandis nonnullis sectarum phi-
losophicarum erroribus versetur. Quod stylum huius
libelli attinet, omnes magno plane consensu unius
voce fatentur, Minucii in hoc dialogo dicendi genus
esse grave, argutum, elegans, politum, acre, vehemens,
pressum, concisum, proclaris, gravibusque sententiis pas-

(1) De Novy Div.
in M. Minuc. Fel.
libr.

(2) Conf. Baldvini
Div. Pr. Minuc.
Felic. oct.

sim ubique repletum. (1) Plurimorum antiquorum auto-
rum paganorum citatio, necnon sententiarum non-
nullarum non solum quoad, sed etiam quoad ver-
ba et formulas loquendi similitudo cum sententiis Sta-
sini, Athenagori et Tertulliani indicio sunt, aucto-
rem nostrum in profanis atque ac sacris scientiis
sat versatum fuisse et dignum, a quo S. Cypria-
nus ~~et~~ et deinde Arnobius atque Lactantius
argumenta et sententias mutuarent. (2)

h) S. Cypriani liber qui inscribitur:
De idolorum vanitate. Quod idola
dii non sint, et quod Deus unus sit,
et quod per Christum salus credenti-
bus data sit.

Tres ipsa inscriptio prodit huius libelli partes. Pri-
ma continetur demonstratione, deos, quos pagani
colunt, olim homines fuisse, et aliquando natos esse.
Itaque, "cur non hodieque nascuntur? nisi forte Jupiter
servit, aut partus in Junone defecerit." Hinc nihil
mirum si dii hi nihil pro hominibus possint. Si au-
tem putantur pro Romanis posse, cur aliarum na-
tionum dii pro suis adversus Romanorum arma
nihil valuerint. Deim enumerat deos multos pro-
pulares cum eorum attributis scelestis. Concludit
eandem, non Romanorum in deos pietati vastitatem
imperii esse tribuendam, sed sorte ad eos domina-
tionem devolutam, quam post Medos Persaque tenuerant,
hos autem exceperunt Graeci, demum Græcos Aegypti-
i. Minucii Felicis dein argumentum de nullitate
auspicioarum et augurioarum, eorumque origine
profert, ejusdemque sententiam circumscribit, dum

dicat deos demonia esse, quod dñi ea castigent, unde
 illa concitent cultores suos ut dños persequerentur.
 Hinc patet conclusio unum dñum Dñum Deum es-
 se, quod altera libelli nostri parte (a cap. VIII) argu-
 mento, quod ab analogia vocant, probatur. Quam
 nimirum nulla gens duos simul principes supre-
 mos habeat, rex unus sit apibus, et dux unus in gre-
 gibus etc. multo magis mundi unus est rector.
 Deus, cuius templum totus est mundus... quig in
 nostra dedicandus est mente, in nostro consecran-
 dus est corpore." (Eadem verba "Octavio" Minucii
 occurrunt.) ~~See~~ Tertulliani deim testimonio ani-
 ma natura sua dñq pars hęc desinit. Ultima
 parte (a cap. 10) Cyprianus palam facit, quae genui-
 na sit dñorum de Asto doctrina; historiam nimi-
 rum Christi paucis adumbrat, et hanc a prophe-
 tis Iudaeorum predictam esse dicit. Sed Iudaei ob pec-
 cata sua indigni facti sunt, qui Christum cognos-
 cerent; in eorum autem locum gentes sunt assum-
 ptæ. — Nulla dantur indicia, quae ad determi-
 mandam huius libelli statem faciant. Communis
 fere tamen opinio fert, illum scriptum fuisse Sta-
 tium postquam Cyprianus nomen Christo dedis-
 set. Huius sententiae praesidia parvi quidem sunt
 ponderis, est deficientibus firmioribus, hęc quoque
 haud spernenda videntur. Primum est, quod Cy-
 prianus non citat sacrae scripturae testimonia,
 quibus etiam in libro ad Demetrianum sat ma-
 gno in numero usus est. Quam itaque nostrum
 librum scriberet, non adeo in sacris literis fuit
 versatus. Alterum, quod pro nostra parte face-
 re videtur, est festinatio, qua liber hic est exa-
 ratus, cuiusq; indicia secunda et tertia parte
 occurrunt. Poterant enim quae iis continentur
 in meliorem ordinem facile redigi. Præterea adver-
 bium ceterum paucas inter lineas ter repe-
 tit (cap. 5). Festinatione ista nonnulli probant, o-
 pus nostrum fuisse editum, quando auctor fu-
 giendae persecutionis causa Carthagine secessurus,
 officii sui duxit dños in fide corroborare, refellere
 gentiles, ac temerarios comprimere impetus Deme-
 triani. Ad his repono: si ad dños corroborandos
 hoc opusculum Cyprianus scripsisset, certe testimo-
 nia sacrae scripturae adduxisset. Quapropter liber no-
 ster facillime collocatur in illud tempus, quo Baptis-
 mum recepturus Cyprianus (a. 245 vel 246) iussus
 est in favorem susceptus a se religionis aliquid con-
 scribere, ut postea idem facere iussus est Avobius.
 Huius sententiae etiam illud suffragare posset, quod
 Cypriano a Ceciliano converso alie in mente impi-
 merentur rationes, quibus ipse Cecilianus ad reli-
 gionem dñam amplectendam est permotus ab
 Octavio; unde eadem, iisdemq; verbis repetit,
 quae in Minucii "Octavio" occurrunt. Ceterum fa-

tear oportet, hanc postremam probationem tum tantum aliquid valoris naturam, quum demonstretur Celsium Minucii eundem esse, qui Syriarum ad Christi fidem amplectendam permovit.

i) Origenis contra Celsum libri VIII

Celsus libro, cui index erat Λογος ἀληθῆς, contra religionem Christianam, principiis apud laicos imbutus, et subinde Gnosticos pro veris Christianis erronee reputaret, infirmis sepius argumentis decertavit. Origenes indignum duxit ei respondere, sed Ambrosio Alexandrino Episcopo Diacono, a Gnosticismo ad Catholicam fidem per Origenem converso, eum hortante, labori huic se accinxit. "Sicri enim potest, ait in praefatione ad hoc opus suum Origenes, ut in vulgo fidelium repariantur, quibus exitio esse possent Celsi scripta, salutis autem defensio, quae dilueret Celsi calumnias, et stabiliret veritatem." Subtravit itaque opus suum "eis, aut qui fidei in Christum gustum non habent, aut quos infirmos in fide vocat Apostolus." — Tractatum hunc Origenis multi rerum ecclesiasticarum scriptores laudibus extollunt. Eusebius remittit ad illum omnes, qui religionis Christianae principiis instrui vellent, et putat refutata in eo esse omnia scripta, quae nunquam in futurum etiam contra Christianam religionem edi possent. Alii librum hunc utilissimum, omnibusque numeris et partibus absolutum dicunt. — et statum huius operis quod attinet Eusebius narrat, illud scriptum fuisse Imperatore Philippo. Ex IIIo autem libro haud obscure colligitur, peractum fuisse sub finem imperii Philippi; itaque circa a. 249. et tunc enim persecutionem iam iam imminentem facit. Hinc etiam opus suum ad animos paganorum Christiano conciliandos et persecutionem a Philippo pressam sed brevi erumpendam, declinandam composuit.

Scripti d. 8 Januarii 1861 a.

Mladislaus Wapinski

Labor apud me non
diligentia authoris laudat

lib. — 2 Mon. 361

M. Wapinski

Recepi d. 4 Martii 1861.





